Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mantes coequalibus dicunt
Cecinimus vobis et non sal
tastis lamentavimus et non
planxistis. Venit enim iohannes
neque manducans neque bibens
et dicunt demonium habet. Ve
nit filius hominis et mandu
cans et bibens et dicunt ecce ho
mo vorax et vini potator publica
norum et peccatorum amicus
et iustificata est sapientia a fi
liis suis. Tunc cepit ihesus
exprobrare civitatibus in qui
bus facte sunt plurime virtutes
eius quia non egissent penitentiam
Ve tibi corrozaym et ve tibi beth
saida quia si in tyro et sydone
facte essent virtutes que facte
sunt in vobis olim penitentiam
egissent in cilicio et cinere. Ve
runtamen dico vobis tyro et sy
doni remissius erit in die iudi
cii quam vobis. Et tu caphar
naum numquid usque in celum
exaltaberis usque in infernum
descendes. Quia si in sodomis
facte essent virtutes que facte
sunt in te forte mansissent usque
ad hanc diem. Verumtamen dico tibi
quia terre sodomorum remis
sius erit in die iudicii quam tibi.
In illo tempore. Respondens
ihesus dixit. Confiteor tibi do
mine pater celi et terre qui ab
scondisti hec a sapientibus et
prudentibus et revelasti ea par
vulis. Ita pater quoniam sic fuit
placitum ante te. Omnia mi

tradita sunt a patre meo et nemo
novit filium nisi pater neque pa
trem quis novit nisi filius et
cui voluerit filius revelare. Ve
nite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego reficiam vos.
Tollite iugum meum super vos
et discite a me quia mitis sum et
humilis corde et invenietis re
quiem animabus vestris. Iugum
enim meum suave est et onus me
um leve. XII
In illo tempore abiit ihesus sab
bato per sata. Discipuli autem esuri
entes ceperunt vellere spicas
et manducare. Pharisei viden
tes autem dixerunt ei. Ecce disci
puli tui faciunt quod non licet eis
facere sabbatis. At ille dixit eis.
Non legistis quid fecerit david quando
esuriit et qui cum eo erant quo
modo intravit in domum dei
et panes propositionis comedit
quos non licebat ei comedere neque
his qui cum eo erant nisi solis
sacerdotibus. Aut non legistis
in lege quia sabbatis sacerdo
tes in templo sabbatum vio
lant et sine crimine sunt. Dico
autem vobis quia templo maior
est hic. Si autem sciretis quid est
misericordiam volo et non sacri
ficium numquam condempnasse
tis innocentes. Dominus est
filius hominis etiam sabbati
Et cum inde transisset ihesus
venit in synagogam eorum
et ecce homo manum habens